

post eorum exitum¹⁾ eorum regiminis stare debeant et teneantur octo diebus in civitate Tergesti; et quilibet vicarius teneatur et debeat stare et parere syndicatui sicut potestas et respondere et solvere pro syndicato, si fuerit condemnatus, 5
 73 B de hiis que fecerint comiserint // vel consulerint potestati tam in civilibus quam criminalibus, et conquerentibus de eisdem vel aliquo ipsorum respondere, et rationem facere, et comparere coram syndicis et consiliariis predictis, et solvere et satisfacere totum illud quod esset sententiatum per ipsos syndicos et consiliarios vel maiorem partem ipsorum, si dicta sententia 10
 per maius consilium fuerit confirmata. ¶ Quibus licentia non possit dari per consilium vel arengam quin eisdem conquerentibus fatiat rationem, et si iudices vel rectores aut²⁾ aliquis maioris consilii arreararet de dando licentiam dicto domino potestati, quilibet iudex vel rector componat libr. quinquaginta 15
 par. comuni,³⁾ consiliarii vero arengantes vigintiquinque pro quolibet, et sequens dominium teneatur exigere dictam penam, sub pena predicta. ¶ Salvo si ipse dominus potestas vicarius loco potestatis et vicarii milites et familia et quilibet ipsorum ante terminum dictorum octo⁴⁾ dierum per ipsos syndicos et 20
 consiliarios fuerint absoluti expediti vel licentiati. ¶ Quo syndicato durante ipsi syndici consiliarii et notarius ullo modo et aliquis civis vel habitator Tergesti audeant ire ad correddum aliquod ipsius domini potestatis vicarii loco potestatis seu vicarii [vel] millitis ipsorum, donec a syndicato fuerint 25
 absoluti, pena quadraginta frx. pro quolibet cive et libr. vigintiquinque pro quolibet syndico et consiliario; et dictus dominus potestas vicarius loco potestatis vicarius vel milites potestatis facere, per se vel alium durante dicto syndicato, et donec non fuerint a dicto syndicato liberati, aliquod coredum nec 30
 74 B aliquos cives secum habere, pena vigintiquinque // libr. par. ¶ Et dicto syndicato potestatis vicarii militum et familie expedito, tunc dicti syndici et consiliarii facere fieri debeant publice cridare super scalis palatii comunis quod, si qua persona

¹⁾ *exitum* - *Tergesti* aggiunta marginale. ²⁾ *aut* - *consilii* aggiunta marginale. ³⁾ *comuni*. ⁴⁾ *octo dierum* aggiunta marginale.